



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Malchus Conf. 21.Octob.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

21. Octob. VITÆ SANCTORUM. 659

Væ hominibus injūtis, væ impudenti-
bus, væ delicias & voluptates seclantibus,
væ superbis. In ipso enim mortis articulo
& angustiis inferni suo periculo discent Dei
timore nihil esse præstantius. S. Ephrem de
Vita spirituali.

S. MALCHUS CONF. 21. Octob.

Non latuit **MALCHUM** thesaurum
esse virginitatem, tot prædonibus
quot oculis exposuit. Quare ut in tu-
to hunc collocaret, secum in silvas expor-
tavit. Sed, eheu! non sola in silvis Dia-
na, etiam Venus venatur. Et vide sis te-
ctissima hujus retia. Emoritur **Malchus**
pater, & fieta pietas orbam solari ma-
trem suadet. Clamat vitæ sanctioris Do-
ctor, impietatem esse ipsissimam, alie-
nam mortem suâ delugere, & ut funus
comitaretur, funus velle fieri. Si mundo
mortuus esset, quid illi cum vivâ ma-
tre? si **Dominus** viveret, quid cum mortuo
patre foret? Sed surdo fabulam. Abit è
latibulis suis virginitas, peritura, nisi
in latrones incidisset. Hi in servitutem
abducunt, &, ne fugere possit, mole-
stissimâ compede, uxore onerant. Con-
clamabunt hic alii. Sed noverint sic ve-
xatain revixisse virtutem. Secura etiam
in thalamo jacuit, & per conjugii larvam
diu Venerem risit illibata virginitas.
Quod tamen rectius fugiendo quām

T. 2.

pugnan-

660 VITÆ SANCTORIUM. 21. Octobr.
pugnando pugnat pudor, fugere ultimò
pudici conjuges. Et jam per undas era-
taverat castitas, cùm jugulo herus, &
cùm hoc servulus uterque camelo vescus
hæsit. Defendit tamen antrum trepi-
dos, & antrum suum leæna, utroque
hoste lacerato. Sed & domicilium for-
tioribus hæc cedens, alio cum catulis
migravit. At Malchus non jam leones,
sed nuptam suam fugiens, hanc inter
virgines depositus, ipse monachum sur-
fus induit, mortuusque meruit, ut tumu-
lo ejus rarum miraculum (*Virgo coriunx*)
in scriberetur. Ex D. Hieron.

Nunc dum tibi mundus arvidet, dum car-
nis sanitas ferret, dum prosperitas terrena
demulcet, quæ post illa sequantur, cogita:
quæcumque transitoria sunt, altiori consilio
jam transisse decerne, & velut Iulifac-
riæ illusionis somnium deputa. S. Pet. Dam.
1. 8. ep. 8.

S. URSULA cum Sodalibus VV. & MM.
21. Octobris.

C Lassim & vela spectas: omnia à ca-
stis nivibus candida, omnia à casto
sanguine rubentia; virum in his nullum
nisi hostem; sed omnes virilis animi;
Amazones rectè dixeris, sed quas zonæ
virgine nec victor Attila possit spoliare.
Harum omnium ecce dux U R S U L A est,
Dianethi Britonum regis filia, obfor-
mx